

... iuxta dignitatem personae. Μετ' ἀγανακτήσεως κατὰ γένειον. In excessum locus totus effunditur cum indignatione vehementi. Fit enim coniectura incidens, an P. Syllae nomen subtraxerit Cicero et id egerit, ne in tabulas publicas referretur. Non debuit ergo humiliter et timide hanc defensionem, sed cum impetu flagrantissimae indignationis implere, quasi monstri simile sit in tanto consule aliquid potuisse fraudis existere. Hae sunt defensiones, quae in personis inlustribus quendam spiritum laudis imitantur.

- § 41. Institui senatores, qui omnia iudicum dicta, 10
 § 42. interrogata, responsa perscriberent. At quos viros! non solum summa fide, sed etiam, quos sciebam memoria, scientia, celeritate scribendi facillime quae dicerentur persequi posse. 15

Ad diluendam quaestionem, quae, ut diximus, incidens nata est, an falsum consul in tabulas publicas rettulerit, inferuntur haec exempla validissima, quod ad scribendum omne, quod iudices pronuntiarent, idoneos admoverit senatores. Et vigilanter duo illis praecipua et quae ad instrumentum fidei necessaria sunt adscribit: animi integritatem et velocitatem scribendi, ut fides non deceperit veritatem ...

(Desunt XVI paginae.)

... conversus.

- § 91. O miserum, infelicem illum diem. 25
 Oratorie deplorat etiam illud tempus, quo damnatus est ambitus crimine, ut in eo desinat invidiosus esse, in quo miserandus existimetur.
 § 92. Vos reiectione interposita nihil suspicantibus nobis repentini in nos iudices consedistis ab

